

Stephanus Galdeti

Positio Barbe de simili materia

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
22.07.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

Utrum ineffabile primum esse possit facere latitudinem perfectionis rerum infinitam terminatam ad primum gradum entis.

5 Circa istam diffinitionem ponuntur quattuor: primo, tria dicta; secundo, tria notabilia; tertio, tres propositiones; quarto, tres conclusiones.

Primum dictum sit istud quod primum ineffabile esse non potest nominari aliquo creato esse quin supponere possit pro se || in alica propositione personaliter vel materialiter.

P2 34r

10 Secundum dictum sit quod sola divina essentia potest esse nominatio propria non enigmatica de sua natura. Patet, nam omnis alia nominatio sive vox sive conceptus est immediate sui ipsius representativa seu representativus.

15 Tertium dictum, quod si viator possit habere conceptum proprium de divina natura, hoc tamen non est de communi lege currente, sicut apparuit de Paulo raptio usque ad tertium celum et de Moyse.

Circa secundum notandum est quod latitudo perfectionis rerum dupliciter potest accipi: uno modo in esse communiter, et sic accipitur per recessum a non gradu; alio modo in esse distincti, et sic accipitur
20 per replicationem divine unitatis.

Secundo notandum est quod quedam est latitudo perfectionis rerum que dicitur inter individua eiusdem speciei, alia inter species, alia inter genera, alia aggregata ex omnibus istis. Et in ista tota latitudine sunt tres modi rerum, quedam sunt accidentia, quedam substantie, quedam
25 nec substantie nec accidentia.

Tertio notandum est quod nullus gradus specificus in tali latitudine est simpliciter indivisibilis, quia signata differentia specifica hominis, quam superaddit species hominis, puta esse rationale, tale esse aut correspondet divisibiliter speciei hominis aut indivisibiliter. Si primum,
30 ergo gradus specificus hominis non est indivisibilis, sed divisibilis latitudinaliter. Si indivisibiliter, igitur in latitudine esse rationalis, que latitudo est denominatio perfectionis, simpliciter est aliquis gradus simpliciter immediatus non gradui. Consequens falsum, cum talis

2 utrum] questio *add. in marg. P1* 4 ponuntur] positio *add. in marg. P1*
7 primum dictum] *iter. in marg. P1* 10 secundum] *iter. in marg. P1*
14 tertium] *iter. in marg. P1* 17 notandum] primum notabile *add. in marg. P1*
18 dupliciter] *om. P2* 21 secundo notandum] *iter. in marg. P1*
26 tertio notandum] *iter. in marg. P1* 28 aut] *sup. lin. P1* 31 esse] *essentia add. sed del. P2*

latitudo se habeat per modum continui. Et sic apparet quod quilibet gradus specificus continet in se latitudinem intenssivam. Verum est quod quidam moderni dicunt quod quedam est latitudo uniformis, alia uniformiter difformis, alia difformiter difformis. Latitudo uniformis est
 5 que tenet continue unam formam, unde ille motus dicitur uniformis qui continue tenet unum gradum sine alica intenssione vel remissione. Latitudo uniformiter difformis, motus que non continue sic retinet unam formam, sed variatur || velocius aut tardius intendendo vel remittendo. Latitudo difformiter difformis est que in sua difformitate non tenet
 10 unam formam, sed in partibus equalibus temporis inequales latitudines acquirit, sic suo modo diceretur de latitudine perfectionis rerum quod posset isto triplici modo se habere.

P2 34v

Circa tertium pono propositiones. Prima sit ista quod claudit contradictionem in re ponere latitudinem perfectionis rerum esse
 15 uniformem. Probatur sic, quia latitudo uniformis tenet continue unam formam seu unum gradum perfectionis equivalenter, sed hoc est impossibile in latitudine perfectionis rerum. Hoc enim non est possibile inter species aut individua diversarum specierum, ut omnes concedunt, nec inter individua eiusdem speciei. Probatur, nam si detur oppositum,
 20 omnis ratio essentialis que correspondet uni et alteri sive sit numeralis sive specificus ille gradus, et sic idem erit gradus secundum utramque rationem, igitur penitus essent idem, quod est falsum.

Corollarium: ex hoc sequitur quod, sicut impossibile est ponere latitudinem uniformem perfectionis rerum, ita impossibile est ponere
 25 latitudinem uniformem negationum. Patet, quia sicut due res non sunt equaliter perfecte, ita due negationes correspondentes non sunt equaliter imperfecte.

|| Secunda propositio sit ista quod latitudo perfectionis rerum est
 30 uniformiter difformis. Patet satis ex prima. Sed ulterius probatur sic, quia latitudo perfectionis rerum se habet ad modum numeri ascendendo, sed talis latitudo est uniformiter difformis. Patet intuenti in numero binario, ternario, et sic de aliis.

P1 17r

Corollarium: ex hoc sequitur quod latitudo negationum est

2 verum] addit *add. in marg. P1* ; non proprie dicuntur hec *add. in marg. P1*
6 qui] quo *p. c. sup. lin. P2* continue tenet] continet *P2* continue] continet
a. c. P1 **12** posset] se *add. P1* modo] posset *add. P1* **13** propositiones]
iter. in marg. P1 prima] *iter. in marg. P1* **22** falsum] sequitur igitur
 quod non sunt comparabiles lineae *add. in marg. P1* **23** corollarium] *in*
marg. P1 **28-29** latitudo — difformis] non est latitudo *add. in marg. P1*
31 latitudo — uniformiter difformis] nec uniformiter difformis igitur etc. *add. in*
marg. P1 **33** corollarium] *in marg. P1*

uniformiter difformis, quia per oppositum se habent ad latitudinem suarum affirmationum sic quod negatio perfectionis rei est imperfectior.

Tertia propositio est quod claudit contradictionem in re quod inter quoscumque gradus illius latitudinis sit dare vacuum alicuius perfectionis.

5 Probatur, quia tales perfectiones inferiores eminenter sunt et perfectiori modo in suo superiori continentur quam in se ipsis, igitur species superior continet totam latitudinem uniformiter difformem usque ad non gradum, igitur non est possibile ponere vacuum in tali latitudine.

10 Corollarium: ex hoc sequitur quod, si per ymaginationem asinus et leo annihilarentur perfectione hominis remanente, non minus tota latitudo illius perfectionis terminaretur || equivalenter ad non gradum quam si de facto ille species inferenter ponerentur. P2 35r

15 Circa tertiam sit prima conclusio, quod ineffabile primum esse potest facere latitudinem perfectionis infinitam exclusive terminatam ad primum gradum entis. Probatur sic: non magis repugnanter se habet talis latitudo infinita quam aliquis gradus finitus illius latitudinis, sed ipse potest ponere gradum finitum in illa latitudine, igitur et infinitum. Probatur consequentia, nam ita continet ineffabile primum esse gradum infinitum sicut finitum, nec talis gradus repugnanter se habet ad esse 20 propter propinquitatem ad primum gradum entis quod dicitur centrum unitivum cuiuslibet perfectionis.

25 Corollarium: ex hoc sequitur quod potest facere infinitam perfectionem intensive, quamvis non possit facere infinite remissam, et sic patet in forma ad titulum questionis quod potest facere infinitam latitudinem perfectionis rerum exclusive terminatam ad primum gradum entis, et non solum talem latitudinem potest facere, sed impossibile aliquo genere factionis.

Ex hoc ulterius infert quod magis est potens super impossibile quam super posse esse creature.

30 Secunda conclusio est quod latitudo perfectionis rerum debet mensurari penes summum gradum entis. Probatur: ab illo debet denominari talis latitudo in quod concurrat unitive tota latitudo perfectionis rerum vel in quod super immense eminenter relucet, sed hoc est in tali supremo gradu.

1 habent] *p. c. sup. lin. P1* ; habet *a. c. P1* 3 tertia propositio] *iter. in marg. P1* est] *sup. lin. P1* 6 quam] quod *P2* 8 in] latitudine *add. sed del. P2* 9 corollarium] *in marg. P1* 13 conclusio] circa tertiam prima conclusio *add. in marg. P1* 19 finitum] infinitum *a. c. P1* 22 corollarium] *in marg. P1* 24 titulum] que sunt *add. sed del. P2* 26 potest facere] *in marg. P1* sed] *in marg. P1* impossibile] est facere *add. sed del. P1* 30 secunda conclusio] *iter. in marg. P1*

Corollarium: ex hoc infero quod non omnis latitudo uniformiter difformis debet mensurari penes gradum medium, sed penes summum.

Tertia conclusio est quod impossibile est quod in tali latitudine aliquis gradus sit ita intenssus sicut remissus. Probatur, quia aliter sequeretur
 5 quod in latitudine infinita gradus infinite intenssus esset infinite remissus, et motus infinite velocitatis esset infinite tarditatis, et quantitas infinite magnitudinis esset infinite parvitatis. Consequens est absurdum. Et consequentia probatur, quia ex quo idem esset esse intenssum sicut esse remissum, sicut aliquid acquireret gradum intenssum, ita remissum.

10 Corollarium: ex quo sequitur quod intenssio et remissio quodam modo privative se habent, unum per recessum a non || gradu, aliud per accessum ad non gradum. P2 35v

Et hec sufficiat de hac lingua positione.

1 corollarium] in marg. P1
 10 corollarium] in marg. P1

3 tertia conclusio] iter. in marg. P1
 12 accessum] recessum P2